cursum clarius innotescit. Quia vero apparicione cru
cis dominice septiformi. tam cogitatu quam affectu
et actu. totus fuit in crucifixi effigiem per ipsi extra
nature transformatus amorem. Digne igitur summi
regis clemencia suis amatoribus ultra omnem esti
macionem hominum condescendens. sue crucis vexil
lum ipsius corpori deferendum impressit. ut qui mira
do fuerat crucis amore preventus. mirando eciam
fieret crucis honore mirificus. Ad huius stu
pendi miraculi irrefragabilem firmitatem.
non solum videncium et palpancium testimonia
per omnem modum credibilia. verum eciam apparicio
nes mirabiles et virtutes. post ipsius obitum cho
ruscantes. ad omnem mentis effugandum nubilum
suffragantur. Felicis namque recordacionis dominus
Gregorius papa nonus. de quo vir sanctus prophetan
do predixerat. quod ad dignitatem foret aposto
licam sublimandus. antequam crucis signife
rum cathalago sanctorum ascriberet. scrupulum
quendam dubitacionis in corde gerebat de vul
nere laterali. Nocte vero quadam. sicut ipse fe
lix antistes referebat cum lacrimis. beatus ei